



manet hoc in parte simulas  
 fronte aliud referens, aliud corde volutans.  
 Sunt inter presbiteros, Medicos, Theologos  
 non postrema Auctoritatis quibus et usque  
 et omnino, quod Grammaticam Latinamque  
 litteraturam, vulgaris studijs adimpleverunt.  
 Annis paucos Annos Rheni ex arario  
 pontificis cardibus aliquot, salarium  
 duci solentur, qui e pontificum  
 scriptis aut aliis, salarios tollunt.  
 quidam componitur dispendia sunt. non  
 sicut fides qui parvulis instrumentis  
 hanc aliquot impendit, se rursus absoluit opus  
 qui non satis appetit illis, non est opus  
 parvulis. Hieronymus missis pro  
 fides autem res geologice parvulis  
 ut dicitur. certi doctores non amping

~~\_\_\_\_\_~~

~~111~~ EX BIBLIOTH.  
 NATIONIS HUNGAR.  
 VITEBERG.  
 W-53  
 SIGNAT. c1515CCCXIII.





Blanda Jocus videtur, suas interitus  
Occulo, et ardua spicula iatto manu

Non exigit a futuro Theologo tantum  
Breuitatis et melle Historem et de  
mostribus, mille sapientia et apperit  
fictionis arbiter voluit.

Hieronymus de filii robis dicitur idem  
suo suffragio et opimum et probent  
per superioribus vult, quo magis illis filii  
abrogat in rem velle, qui sunt in sermo  
ut iam ostitantes apperit velle.

Superioribus intellectus et ipsa velle  
cognitio perit, huius in melioribus  
libros, certe velle, quibus in melioribus  
quibus, tantum velle, huius velle.

Varietas lectionis inueniuntur condunt  
ad intellectum perit, huius velle.

Varietas lectionis inueniuntur condunt

vola



Moxes sit nomen a May, i aqua dicitur Egyptis,  
vnde Masa in hebraico spraco dicitur, dicitur  
Zunon facit, et in velle perit velle  
velle. Exhaecis ex aqua.





Schriptu in Templo Wartenbergi.

A Christo nato quæ præterire fluxit  
Mille et quingentos (prelapsi tempora seculi)  
Et quinquaginta numerasti quatuor annos  
Quum hoc templum magna rapidus in absorp-

Millesimo quingenti tam quinquaginta noue anni

Partu a Virgineo præterire mocha  
Hac dum sacra iterum flama destructa furenti  
Crustatis tectis est renouata Domus.

Sequentia Verba ostendunt annuum restau-  
ratione doctrine Celestis in Germania p Doctore  
Martinum Lutherum Anno 1517.

Totus annus in his Versibus.

Sex sunt ad Puris: bis sex sunt usq Philippi.  
Ista Jacobum totide, noue sunt ad Michaellem.  
Sex ad Martini, Sex ad Natalia Chri.  
Ista dies octo totis completiv annis.

M M Maronis .f.



Index horum quae hic continentur in Opere  
descripta p̄ Lucam Webio Warten.

Immo humane Salutis 1577

Ipso die Anastasiaeque est

21 Augusti.

I

Euangelicę historie ex quatuor Euangelistis p̄ Otto-  
manum Lusciniūm Versa.

II

Comparatio Regis et monachi Sultore Dūo Jo: Chri-  
stomo nuper a Joanne Oecolampadio uersa.

III

Tres Epistolę

1. Summūmūcti Cocti Equitis Galli Epistola.
2. Christianissimi Doctoris M. Luth: ad principem  
Carolum Sabaudię ducem Epistola
3. Huldrici Zuinglij Tigurini Episcopi ad petru  
Sebiuillam Gratianopolitanum Ecclie p̄astem Epistola.

IIII

Ad Joannis Burenbergij pomerani Epistolam Responso  
Huldrici Zuinglij

Sultore Dūo Jo: Chri-  
stomo nuper a Joanne Oecolampadio uersa.



primogenita

auff d' Clotte ist  
auffzuehung meiner VI in hoc aliqua nota vel scripta. Et.  
ersten Christliche Verantwortung des Durchleuchtigen  
Kocher. *natatus filius regis ann*  
Vid. Ein Sermon *lateren* *natatus filius regis ann*  
Ordine *lateren* *natatus filius regis ann*  
me stund *lateren* *natatus filius regis ann*  
Meisters *lateren* *natatus filius regis ann*  
von Degensta *lateren* *natatus filius regis ann*  
von dem hochwirdigen Fürsten von Brandenburg  
Vid. 7. *lateren* *natatus filius regis ann*  
Walther von Blettenbrucht Ein Christliche Er-  
manung zu der Tode und lebentins Christi.  
*me filio*  
*matritate*  
*nes Dorothea*

VII

*quarta genita infans hoc ordine*  
*vid. etiam filiola non Dorothea 2*  
*Junij Anno 1584.*  
Ein Sermon von dem hochwirdigen Fürsten von Brandenburg  
Vid. 7. *lateren* *natatus filius regis ann*  
Walther von Blettenbrucht Ein Christliche Er-  
manung zu der Tode und lebentins Christi.  
*me filio*  
*matritate*  
*nes Dorothea*

VIII

Das Buchlein Sündenbelang genant die Luffels  
Tode macht bekant  
*pagini 3*  
*filiola me*  
*Elizabeth*  
*legitur in hoc*  
*pagini 3*  
*filiola me*  
*Elizabeth*

IX

Das Jesus Nazarenus der ware Messias sey. Derhal-  
ben die Juden auff seinem andern warthen  
derffen Rabi Samuelis Duxes Wencslaus  
Linc.  
*pagini 3*  
*filiola me*  
*Elizabeth*

X

Ein predigt und warnung siels zu bitten für sal-  
selben Propheeten Luff das Euangilium Matt VII  
M. Luffs. witten. 25.  
*pagini 3*  
*filiola me*  
*Elizabeth*

XI

Ein Sermon von der zerstörung Jerusaleim M Luffs  
an den 10 Sontag nach Tri.  
*pagini 3*  
*filiola me*  
*Elizabeth*



XII

Ein Sermon von des heiligen Johannes weisse und der welt ende Matt 24 am letzten Sonntage nach Pflingstern M. Luth:

Die 1. Epistel an die Hebräer am 4. Cap:

XIII

Die ander Sermon Martini Luth: am Donnerstag frue zu begreuen.

XV

Tröstung an Conspiranten zu Sachsen seliger und Constitzer yedochstun: freytag nach misericordia boni den letzten signis lebens bei auff fudern am 25. Jar

XVI

Von B. Henrico vnr diemar verbrandt paupt dem zehenden Mahen durch M. L.

XVII

Die gepredigt von bruder Henrico Sudpsern.

XVIII

Die 2. Sermon durch den würdigen Herrn Doctorem M. Luth zu Braun gepredigt.

Item nach Mittag umb des zeigers 12 predigt M. L. und am tag des heiligen Creutz erfundung boni: nica Misericordias bonini.

XIX

Die Christliche warmung vom kuffverloch yotts dienst und eintraest, zu die in Liffland durch M. L. zu ...

*Instructio que habita e Wasteri: 20 Maii Anno 80. p. hoc care Wratist. In hoc filio polayna tio Magnifico dno & Sepultura.*

*Logannus*





XX

Jündsel: Messe von Ordnung Gottes Dienstes Mitte:

*flute vidias diem Natulem Lige*

XXI

*z di. rreus nati filioli sub hoc nu*

für Schrift Philipp Melantons wider die Antic:  
tel der Bauerschaft.

*Spast. Sids. Natulem mei  
filioli Luca & obitum in*

XXII

*alio pagini.*

loonden Schriben der Christlichen ein Linge lute:  
wicht über das wort zu psalm. Venite et Reddite.

XXIII

für Sermon gezogen aus den wortten Jan zu  
20 Cap. Nennet sin den heiligen Geist

XXIII

Vrsachum warum Gottes wort das heiligen Ina:  
relion, vorachtet und befolget wirdt von de. Vriesen

*Vide in superiori pagin:  
narratatem filiole Marti*

XXV

*Vide in hac pagina  
narratatem filiole Marti*

bernennung Nicolai von Amdorff zu die von  
Wraydeburg, wider die ratten sechtem Geist  
Doctor Cyclops.

XXVI

für Sermon vander wilfertig frucht der gestorbne  
weyzevöcher Mart 10 Marti 8. Lige. 9. und Jan 12.

XXVII

Woi ein furbare Christliche frau mit Namen  
Jugula von Grünpach geboren von Stauff ein  
Sind brief

XXVIII



XXVIII

Ein Sermon gepredigt von parvener zu weid, bey  
Münbergt am Sontag vor fastnacht, von dem frey  
im willein des Menschen.

XXIX

Ein küniglicher verordent von dem Ursprung der Brüder zum  
Böhmen gesandt auff den Landtag von praga.

XXX

Ein Sendtbrief der Brüder zur Böhmen zum dem  
könig Ludwig beygesetzten von Böhmenischen  
könig gesant im Jar 2<sup>r</sup>.

XXXI

Ein Recht Christlicher Sendtbrief und bittung, der  
Brüder zur Böhmen.

XXXII

Christlicher Blutbandel Johannis tuffs zu Eßtenz  
verbraut, 4 1<sup>r</sup>. am sechsten tag Julij.

XXXIII

Das die papistische offer messen de zütemen vnd da  
gegen daruachmalst Christi; Christlicher weiser  
offenbarthum sey.



XXXIII

Das Blauen: Hüttem: Kaynem: Schemm:  
Schemmema, Saly: Schemaly: und Sello der  
gleichem, got absechliche, sind, fustu  
gündliche Inezugung der Gemiff.

ECCLESII VII

Memorare Novissima Tua, & in Eternum non  
pectabis

Vtinam homines	[ Saperent Intelligerent Providenter ]	Tria	Præterita,	[ Bonum Omissum. Malum commissum. Tempus amissum. Vita brevitate. Salvatorum difficultate Salvatorum poverti- tatem. Mortem, quam nihil miserabilis <del>est</del> <del>est</del> <del>est</del> quod nihil terribilis. Pannam inferni, qua nihil in tollerabilis.
			Præsentia,	
			Futura	

Est mihi iustitiam sacratum in corde sacellum.

Illius est solus conditor ipse Deus

Vastari hoc templum prohibe mitissime **ETRE**

Fædari sectem nec patiari tuam





## DE AMICITIA

Thimeus in Platone.

Huc amicum sibi deus inspicit qui lumine intelle-  
ctus proficit: Virtutibusque inspicit.

## ENNODIUS IN COMPLETIONE LIBRO RUMARTIMI

Melior est semper alienus in timore: Alteri  
adunatus: Quam amicus conuersionis unculo alligatus

## HAYMO SUPER APOCALIPSIM

O quarta miseria fletu que digna ad huc semper erit  
huius mundi, si tam hi qui amicorum parentumque  
conuersione necessitudine serpentina morsu se  
moluuntur trahere, & iaculo traiciunt venenoso.

## Seneca in Epistola ad Lucillum

Amicitia propria: Idem Velle: Idem nolle.

## Tullius in Paradoxis Cap: 4.

Inimici reconciliati: maximi amici fiunt.

## Andreas Altiatus

Fleus ego sum venitus, celebrantur uulnera fletu,

Transacta innumeris uita fuit lachrymis

O miserum mortale genus lachrymabili semper.

Quod factum ex cinere est, soluitur in cinerem



Dictum sententię b. N. J. C. a primo originali  
extractum, q̄ reperitum est ex vetustissimis  
scripturis et chartis reconditis, apud Thesauru  
priscę Viennę Ciuitatis Gallię Narbonensis  
prope Lugdunum unde ipse Pilatus erat orundus

**Nos** Pontius Pilatus propositus Iudex in Jeru  
salem sub Potentissimo Monarcha Impera: Tiberio  
Caesare, cuius felicissimum imperium conseruet  
altissimis cunctis seculis, sedentes pro tribunali  
ob Zelum iustitię et Synagoga Iudicorum, represen:  
tatis est nobis Iesus Nazarenus, qui temera  
assertione Filium Dei se dixit, cum ex paupercula  
matre natus sit, Regem Iudicorum se predicat, opus  
Salomonis destruxit si iactat, populumq; a lege Mosai:  
ca p̄batissima reuocat. Quibus omnibus cognitis  
et auiditis crucis patibulo damnationis meri  
proscribimus una cum latronibus. Itē adhibite  
sum.

Missum Viennę  
Iustrię b. Caspare  
Pincero Anno 1568



Christus ist im 30. Jahr von Joseph im Jordan getauft  
und vom wasser bekleidet und offentlich worden Joh. 1.  
Matth. 3. Luc. 17. Nach solchem Tauf und beklei-  
dung hatt er angefangen gewaltiglichs zu predi-  
gen von Reichs Gottes. Nach dreien Jahren seiner  
predigt ist er im 19. Tüberg getreuezeit, gestorben,  
begraben und am dritten tag von Todte auferstand  
und auffgeharen zur himmel etc.

Zacharias Propbeta ist von gott sonderlich erweckt  
die zu dem, nach dem sie aus der Baby lousischen  
gefangnis wider her kommen, die tristen, und den  
Tempel, das ist geistlicher und weltlicher Regiment,  
wider einstrickeltem, fungefelt worden dieser  
malen durch den heiligen geist wieh von Messias  
Christo, seinem leiden, sterben und hochsten wal-  
tsattem geweissagett Cap. 9. 12. 13.

Ich Zacharias bin von Farade, des hohenpriesters,  
ist von dem gottlosen König Juda, Joas genant, ge-  
todt worden 2. Paralip: 24.

Ich Zacharias von geschlecht Abia. 1. Paralip: 24.  
aus diesem stammem ist Johannes der Tauffer



ursprung<sup>2</sup>en Luc. 1. Dieser ist zu wissen dem  
Tempel und Altar erschlagen worden Matth.  
23. Darum dieneit er mit Johanne seinem  
Joh<sup>2</sup> bezeugt Christus der ware Messias von  
Maria geboren und schon vorhanden.

Lanvinus) Dieser Lanvinus beschreibet mündlich  
in dem Evangelio Nicodemus. Er ist der Haupt-  
mann gewesen, welcher zu Christo kommen und  
mit bestem glauben begehrt, das er seinen  
frachten. In dem allein mit einem wortte  
worte gesandt nach ihm, Jesus verwundert  
sich ob solchem glauben. Dieser Hauptmann  
und abhürte vor allem, wolle solchem seine  
glauben und sagen. Jesu sage auch, solchem glau-  
ben habe Jesu in Sprachmitt gefunden  
Man schreibet von diesem Lanvinus, das er  
nach solchem mirakel, und der predigt  
Christi, sey zu Christlichem glauben bekehrt  
worden, und sey aus christlichem glauben in

in



in Capadociam gezogen, daselbst habe er beständiglich  
das Evangelium von Christo gepredigt und die  
Zue Christo bekertt luthlich ist er daselbst gekört worden.  
S. Petrus ist birtig gewesen aus dem flecken Bethesda,  
y gelegen in dem galileischen Meer Joh. 1. frist ein  
fischer gewesen, und wirdt darvon durch Christum zu  
2 postelaupt beruffen. Dieser hat fastlich nach  
luths fangenen G. geist das Evangelium zu Jerusale  
bekertt, und auff den pfingsttag bei 3. tausent  
menschen zu Christo kört Act. 10. 2. Jt von dan  
men ist er gezogen und hat das Evangelium gepredigt  
zu Joppe, Cesarea, Ponto, Galatia. Cappadocia,  
Bithynia. Asia. 2.

Matervius ist ein weisiger Zuehörer und Junger S.  
Petri gewesen, welcher fastlich das Evangelium von  
Jesu Christo zu Thien gepredigt, und daselbst die  
Christliche kirchen eingerichtet. Neben dem durch  
tracht weisig und geistlich durch zu weisich das  
Evangelium gepredigt Eucharis welcher auch  
ein Junger S. Petri gewesen frist auch der erste Christliche  
Bischoff zu Lion gewesen.



Im Jahr 1528 gab D. Lutter einer Namhaftigen  
Person, so mit Schweregedanken der Verführung halber  
angefochten ward, ein solches Rath was wolte  
lang umb und um gehen (sagt er) habte ich doch einen  
guten geraden rechten weg, den ich die watter  
mit den fingern selber zeigt und weist, wie er  
gegen mich gestimmet sey, da er mit selber luter  
stimme spricht Matt: 3 Dies ist mein geliebter  
sohn etc. den heret was er nicht sagen und ratzen  
wird. und wenn er so hart verstocket und ganz  
taub wohnt, und hebet seine zungen nicht auff  
zum himmel. als ein verzweifelter verstockter  
mensche, und wenn auch ein elcken vom gelbe  
verfallen, das in die watter in der holze nicht  
stehen köntet, so setzet er doch den son der  
zum wege selbst, da wiederum darüber gehen  
mus, vorinnen und sehen ~~was~~, und gleich  
weise in noch viel triftiger weise ruffen, die mit  
einem grossen gedörm als einer gewaltigen  
posunnen aufblasset, wie Matt 23 in luthers  
geschriebte steht: Venite Venite Venite: Venite:  
wa! wa! wo wolt ich binamen mit ewigen

Sperrung und was H. rathgeben





vorgehen gedanken für wendet indem nicht  
selig matten mit diesen und dergleichen hin  
man kommt <sup>alle</sup> die in mühselig und besonnen steht  
als sich nicht erquicken. Es sagt nicht alle  
kommt, sondern, alle, keiner aufgeschloffen  
für was er wolle und von ergebnis der aller  
eigti was, den die werden was die leicht die  
weil dem alle kommen solle, keiner aufgeschloffen  
was. Es läuft auch mit und springt  
hin zu, und bleibt nicht untrübselig dabei  
den, bei den verlorenen trübseln, und rauf mit  
indem selbst nicht also trübselig und nicht  
willig. Zweiter sagt, zu mir findet  
sich nicht zu einem andern, der der wegen  
bestand nicht weiß, sondern zu mir, der Steig  
und wege, bay tage und nachst auch fürster  
tong treffen kann, und genus was, ohne alle  
verletzung d' fische. Zwei sind sie, die da kommen  
sollen. Es sind sie, so nicht vieler Arbeit können  
und beladen, und mit ~~den~~ übrigen gedanken




bekannt sind, die vom dem Teuffel in  
verführung nehmen und entsetzen, welcher  
nicht feiert, sondern zu löset, das groffen  
burden und lasten, die bey Trais werden,  
und endtlich so groff, das man nicht weiß wo  
hin, und darüber zu grind und andern  
gelben und verzagen wil. Darinn saget  
auch Christus: Die ir bekant sind: als  
wiste er wol, und wolle tragen hilffem,  
und unser burde auff seinen nacken nehmen,  
und nicht allein trillffen, sondern von der  
selben ganz und gar entledigen ih.













11 e) 2

# COMPARA

TIO REGIS ET MONA

chi, authore ditto Io. Chryso  
stomo, nuper a Ioan:  
ne Oecolampa  
dio uersa.





IO. OECOLAMPADIUS, IO. PALGMACHER  
Coenobitarum monasterij S. Altonis archi  
mandritæ S. in Christo.



Ratum quorūdam pater, perpetuam  
simplicitatem probare non possum,  
quod denuo ad ea me inhortari au-  
dent, quæ mihi neq; conducibilia, ne-  
q; tuta, neque Christo uel honorifi-  
ca, uel grata, et plane mihi incōsulta, quasi ad religio-  
nem, & pietatem plurimum faciant indiuidum cō-  
tuberniū & cucullare uestimentū. Quando ne tan-  
dē pueriliū opinionū finis. Quousq; nō sapimus quæ  
spūs, sed quæ carnis. Quādo ablaētabimur. qñ cibi so-  
lidi pferent. lucūdū est fateor, habitare fratres in unū  
sed charitas coniungit, & procul distitos. Anūciat fa-  
teor de homine & uestis, sed fugienda superstitio, &  
hypocrisis. Nusquam non spectanda et proximi uti-  
litas. Multa licent, at non item expediunt. Mula  
ta expedirent, sed ne liceant, negat oportunitas. In-  
ter uos si degendum mihi foret, idem quod uobis &  
mihi gratū esset amiculū, nunc quā uobis secedēdū  
mihi, & agendū inter alios, causis scitis q̄ iustis, tegu-  
mēto quod obuenit cōtentus esse debeo. Nemo hoc  
nomīe Lāpetianos hereticos obiecerit. Cucullus me-  
us est, et ego nō cuculli. Aut cādīdā baptīsmi depone-  
re licet, cucullū nō licet. Verū tu de his tuos cōmodi-  
us monebis, quod si omnino me hortari uelīt, ad me-  
liora sanctaq; hortent. Porro ne omnino me sinistrae  
& reprobę mentis suspicent, age, mitto charitati sue  
diui Chrysoctomi libellū, uere & non fucate monasti

*Cucullus  
de  
positio.*

*Lampadius  
in Altonia*



I O. OECOLAMPADII EPISTOLA

ces felicitatē & p̄cepta multo felicius depingentē,  
 quam coelestes illae & diuinæ ( quas uocatis & suspi-  
 citis ) constitutiones, profuturū, si uolēt sua his, quae  
 hic dicuntur, conferre, imo non hic tam monastice,  
 quam Christianismus ipse describitur. Atque nihil  
 interesse inter monachum, & Christianum oportet,  
 bat. Ignorāda erat sectarum uarietas. Id enim quod  
 uerorum monachorum est, hoc et omnium est Chri-  
 stianorum, & si quid p̄terea sibi quidem peculia-  
 riter arrogat, id iam Christianum non est. Christia-  
 norum enim Christus, lex, euangelium, sacramenta,  
 religio, & omnia communia. Conferuntur hic rex &  
 monachus. Et hodie quidem tales sunt reges, sed da  
 hodie & talem monachum. Idem ferme discrimē si  
 non amplius, inter priscos, & nostri æui monachos,  
 quod ille inter reges & monachos ponit. Ego pater,  
 quoties me hostis aggreditur, siue per cuniculos si-  
 ue aperte, & facticiæ religionis memoria, uti quaedā  
 ad repellendum hostem machina, alias cogitationes  
 p̄occupat, animo toto confundor, erubesco, & ter-  
 reor. Non quod ualde eam asperner, sed quod mise-  
 rum, atq; stultum arbitror humanis niti adiuuentis,  
 ubi suppeditant diuina, & confugere ad arundinē in  
 Ægypto, quum habitet dñs in loco sancto suo, mōte  
 Sion. Fieri potest, ut qui se hac ratione tueri uolunt,  
 grauius offendantur, q̄ si in magnā aliquam foedita-  
 tem laberentur, utpote qui spem in carne ponāt, & se  
 alijs arrogāter p̄ferant. Intestinum enim malū, ple-

*Monastice*  
 Nihil inter  
 sit inter mo-  
 nachum &  
 Christianū.

Memoria re-  
 ligionis, in-  
 felix armatu-  
 ra contra ho-  
 stem.

a ij runcq̄





IO. OECOLAMPADII EPISTOLA.

runcq̄ in penitissimis latet, & rarius cōgnoscitur. Ego  
 quum in mea lucta hisce uerbis me munio. Quid fa-  
 cio? monachus sum, uotū feci, religio uetat, iterū gra-  
 uius in hunc modū me reprehēdo. O ingratitudinē  
 oblitus ne es domini creatoris tui, quod ad quisquī-  
 lias illas cōfugis? In quo salus tua posita? Deus in ad-  
 iutoriū uocandus, a deo pendere debes. Prima fides  
 irrita facienda non est. Ad ea ne potius, quæ uel tu,  
 uel hoīes, q̄ queq̄ misericors dominus tibi & om̄ibus  
 præscripsit, spectas? Satis factū ne his, quæ in bap-  
 tismo recepisti? Hæccine fides, hæccine obediētia tua?  
 Tantillus apud te deus, & non maior? Ita secum pu-  
 gnat mens, pater, atq̄ ferendum non putat, ut illis ue-  
 stris armis periculosis se tueta. Itaq̄, ut ad dicta rede-  
 am, lucubratiuncula hæc non tam monachorū est, q̄  
 omniū. Vnde eam latinā feci, ratione qua possum, &  
 ego aliquid utilitati publicæ cōsulere cupiens. Cæte-  
 rum gratulare pater, pulchra merces mihi obtingit.  
 Nostri, ut deplorato horrendū, atq̄ eternū tribunal  
 minantur, cæteri cōuicijs proscindūt. Et plane Euan-  
 gelicus successus est. Proinde gratulare mihi, optima  
 comes, & incōparabilis cōsolatrix, atq̄ pro iugi con-  
 uiuio est mens bene cōscia. Deniq̄ quod offēsi sunt,  
 & offendunt in me aliqui, uiderint ipsi, ne temere iu-  
 dicando, sibi ipsi offendiculi sint authores. Tu scis q̄  
 nolebam, quod uolendum erat. Sed quid mea admi-  
 sceo? Precare deū, ut talē aliquando præstē per Chri-  
 stū, qualis hic describitur, nihili referet etiā si aliū me  
 uelint homines, Christus modo nō condēnet, Vale.



# COMPARATIO REGIS ET MONACHI

Christianæ philosophiæ dediti, au-  
thore diuo Ioanne Chryso-  
stomo, interprete Io. Oeco-  
lampadio.



Vnum bonam hominum  
partem, magis ea quæ ui-  
dentur, quæ sunt uere  
bona, amare & admirari  
uideantur: operæ pretiū du-  
co, ut tã de his, quæ a ple-  
risque negliguntur, quæ de  
istis, in quæ multū studiū  
impenditur, breuiter uer-  
ba faciã, & utraq; inter se conferã, quo cognita utrorū  
quæ uarietate, alia quidē, ut salutifera studioque nostro  
digna amplexemur, alia autem ut nullius pensi contē-  
namus. Igitur diliguntur a plurimis diuitiæ, potentia  
principatus et gloria. Vnde beati existimantur genti-  
um principes & reges, qui fulgentibus uehiculis fe-  
runtur, & ad clamantiū præconijs, & satellitū pōpa  
magnificant, contemptui autē sunt, qui solitariam ui-  
tam ob sapientiæ studium delegerūt. Et illi quidem  
omnium oculos ad se conuertunt, hos uero nulli, aut  
certe uix pauci respiciunt. Et pauperibus nemo, illis  
aut omnes similes fieri uellent, tametsi in potentatu  
esse, & principem populi agere, res sit difficilis, & quia  
principatū ambiētibus multis opus est pecunijs, ple-  
a in risque

Differunt  
opinionem ho-  
minum.

Facilitate  
rei



COMPARATIO REGIS ET MONACHI

Morte.

risq; etiã res est impossibilis. Solitariũ autem uiuere, & in cultu diuino occupari, res est omnibus accom-  
moda & perq; facilis. Principatus simul cũ hac uita  
interit, imo nonnunq; ante mortẽ relinquit, multos  
etiã in extremũ periculũ uel ignominiã abiicit, at ui-  
ta solitaria, & in hac uita iustos bonis replet, & post  
hanc hilares ac lætos ad tribunal Christi et saluatoris  
transmittit, qñ qui nunc in magna potentia uiuũt, gra-  
ue suppliciũ facinorũ suorũ luere uidebunt. Age cõ-  
ponant inter se, ex una parte apparentia illa bona, nẽ-  
pe potentie, & honores huius uitæ, & ex altera, Chri-  
stianæ philosophiæ bona. Inter se em̃ collata manife-  
stiora erunt. Et si uidetur, cõparemus summũ, quod  
illi credũt, bonũ, regnũ dico ex una parte, & ex alte-  
ra, id genus philosophiæ, consyderemusq; ac diligen-  
ter agnoscamus quales sint utriusq; possessionis fru-  
ctus. Alijs rex, alijs philosophus imperat. Et rex qui-  
dem ciuitatibus & regionibus, & multis præest po-  
pulis, nutuq; suo ante se, duces, tribunos, exercitus,  
& populos, & cõsiliarios ducit. Qui aut seipsum deo  
deuouit, uitamq; solitariã delegit, imperat ire, furori,  
auaritiæ, uoluptati, atq; alijs malis, consyderans, & cu-  
rans seipsum, ne anima foedis cogitationibus subijci-  
atur, ne ratio amara tyrãnide prematur, sed ut mens  
semper omnibus sit superior, & omnibus affectioni-  
bus timor dei præfectus. Tam diuersum principatũ  
& potestatẽ rex & monachus sortiuntur. Atq; adeo  
hunc iustius regẽ quis dixerit, q̃ illũ purpurea chla-  
myde

Imperio.



DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI.

myde & corona fulgentem, & super aureū sedentem  
 thronū. Is em̄ uere rex est, qui dominatur iræ, & inui  
 diæ, & libidini, & omnia iuxta leges dei moderatur,  
 mentē seruat liberam, in animā dominari uoluptates  
 non permittit. Ille etiā suauiter & terræ & mari impe  
 raret, nec non & urbibus, & populis, & exercitibus.  
 Nam qui mentē ab animæ affectionibus continet, is  
 adiutorio diuinarū legū etiam homines facile guber  
 nare sciet. Qui aut̄ uidetur hominibus imperare, &  
 seruit ambitioni, iræ & libidini, primū quidē ridicu  
 lus est subditis, quia coronā fert gemmatā & aureā,  
 sobrietate aut̄ coronatus nō est, & corpus totum ful  
 get purpura, anima uero ornatu caret, deniq; nec pri  
 cipatum recte administrare nouit. Nam qui seipsum  
 gubernare nequit, quomodo alios diuinis legibus  
 corrigere poterit? Si autem placet, utriusq; bellū eti  
 am intueri, inuenies monachū quidem cum dæmoni  
 bus præliantem, & præualentē, & uincere, & a Chri  
 sto coronari, & ad bellū progredi ita cœlestibus mu  
 nitū armis, ut nō possit non uincere. Regem aut̄ pu  
 gnare cū barbaris. Cæterū quādo dæmones homini  
 bus sunt terribiliores, tanto clarior, qui dæmones q̄  
 qui homines uincit. Sed & si utriusq; belli causam co  
 gnoscere iuuat, ualde diuersam reperiēs etiā illā. Nā  
 hic pro pietate, & cultu dei pugnat cū dæmonibus,  
 uel ciuitates, uel pagos ab erroribus uindicare desyde  
 rans. Rex autem cum barbaris bellū gerit, pro locis,  
 uel finibus, uel opibus ablatis, instigante uel auaritia,  
 uel libidine, uel ambitione, quamuis non raro plura

Ornatu

Certamine

Causa belli.



COMPARATIO REGIS ET MONACHI.

concupiscens, etiam ea quæ habet amittat. Satis declarant principatus & prælia, quantum rex, & qui diuino cultui deditus est, inter se differant, cognoscere autem hoc licet non minus, si quis illos ipsos agnoscat, **Societate.** uitamque & opera uniuscuiusque expendat. Comperiet enim hunc conuersari cum prophetis, adornare animum Paulina sapientia, subinde a Mose transire ad Isaiam, ab Isaiam ad Ioannem, ab illo ad alium. Regis uero consuetudinem esse cum capitaneis, satellitibus & subditis. Et cum quique eorum mores assumunt, quibus familiares sunt. Monachus in apostolorum & prophetarum mores transit, rex uero similis fit tribunis, & satellitibus & scutarijs, & militibus, hominibus scilicet uino seruientibus, & delicijs & uoluptati uacantibus, maiorem diei partem bibendo trāsigentibus, atque plane nihil, quod uel tēpestiuum, uel bonum præ ebrietate scientibus, atque adeo propter hæc etiam solitariorum uitam magis beatum dicere conuenit, quam eorum qui in potentia & regno agunt. Porro si & nocturnum tempus scrutari uoluimus, monachum quidem uidebimus cultui diuino & precibus deditum, auriculas cantu præuenire, angelis conuenire, deo loqui, celestibus bonis frui. Regem autem, licet multis populis & gentibus, & exercitibus præsideat, domineturque terra ac mari, in lectulo supinum stertere. Et solitariæ uitæ amator, talibus tātulisque cibis pascitur, ut ne profundiore somno prematur, rex uero delicatis se ita adobruit, & sopit, **Diæta.** ut cras

Quiete &  
operibus noctis.

Diæta.



DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI.

ut crapula eū, usq; in ipsum diem in lecto detineat.  
Præterea solitariæ uitæ amatori mēsa est frugalis, ue-  
stitus minime sumptuosus, sodales eart. ad em uirtu-  
tum studiosi, at regi opus, ut auro & gemmis orne-  
tur, mensam splendidam apponat, conuiuas multos  
habeat dignos malitia sua, si stultus est, uel iustos &  
bonæ frugis forte, si prudēs & cordatus fuerit, sem-  
per tamē eos, qui monachorū uirtute longe inferio-  
res sint, ad quorū bonitatē, licet philosophetur rex,  
nunquā tamen propius accedere potest. Insuper rex  
onerofus & grauis est subditis, siue peregrinetur, si-  
ue domi sit, siue bella gerat, siue in ciuitate resideat, si-  
ue pace fruatur, siue tributa exigat, siue exercitus co-  
gat, siue uincat, siue uincatur. Et nonnunquam dū uin-  
cit, magis est intolerabilis. Nam triumphat, super-  
bit, militibus permittit licentiam rapiendi, prædan-  
di, latrocinandi, suas urbes expugnandi, domus pau-  
perū demoliendi, subditos cottidie, ad ea cogēdi præ-  
textu ueteris, & inique cuiusdam legis, quæ nulla lex  
permittit. Et ditioribus parcit rex, quasi reuerens  
eos, pauperes autem affligit. At longe alius est mona-  
chus. Vbicunque enim uidetur, beneficia tam diuiti-  
bus, quam pauperibus affert, atque ex æquo tam his  
quam illis, ueste enim unica ad uitæ necessitatē uti-  
tur, aquam suauius, quam generosissimum uinum bi-  
bit, pro seipso quidem, neq; unum, uel paruum, uel  
magnum beneficium petit, pro indigentibus autē  
multa & continua, utrisq; prodesse cupiens & dāti

Benefaciens  
di studio

b



DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Respectu p  
sonarum.

Liberalitate

Precibus.

bus, & recipientibus. Ita monachus communis est  
 medicus, tam diuitem, quam pauperum: ut illos qui  
 dem salubri admonitione a peccatis liberet, hos au-  
 tem inopia leuet. Rex uero, si exactiones iubeat im-  
 minui, diuitibus plus quam pauperibus prodest: sin  
 eas augeri uelit, iterum plus nocet eos, qui pauca pos-  
 sident. Diuitem enim parum incommodat exactio-  
 num grauitas: sed domus pauperum quasi torrētes  
 detrahit, & pagos eiulatibus implet. Et neque sene-  
 ctus, neque mulierum uiduitas, neque puerorum orpha-  
 nitas quæstoribus miserabilis est. Et ut hostes toti-  
 us patriæ, omni tempore sæuiunt, & cogunt colonos  
 pendere etiam ea quæ nec terra sua fert. Age, & hoc  
 disquiramus. Quid monachus, quid rex suis largia-  
 tur. Igitur rex quidem aurum, hic autem spiritus san-  
 cti gratiam. Et rex si benignus est, pauperes iuuat: hic  
 uero animas a dæmonibus uim passas precibus libe-  
 rat. Et si quis eiusmodi prematur calamitatibus, re-  
 gem ut brutam bestiam præterit: ad monachorum  
 uero domus, sicut qui a lupo ad uirum manu gestā-  
 tem gladium, confugit. Illi enim talis monachi pre-  
 ces sunt, quod uenatori cuspis uel gladius. Et non  
 tam terribiles lupis gladij, quam dæmonibus iusto-  
 rum præces. Atque non solum nos ad sanctos mona-  
 chos in necessitatibus confugimus, sed & reges ipsi,  
 quasi mēdici, tēpore famis ad diuitū domos, confugi-  
 unt, si turbulētia tempora ingruāt. Nonne Achab  
 ludæorum rex, in fame, penuriaque frugum spem salu-  
 tis in



## COMPARATIO REGIS ET MONACHI.

tis in Eliæ precibus ponebat: Nonne & Ochozias eiusdē principatus & potētiae rex, usq; ad mortē egrotans, ad eundem prophetam confugit, utpote morte potentiolem, & uitæ dispensatorem: Item, cum tam atroci bello Palæstina uexaret, ut e radicibus, ne excinderetur, metus esset. Iudæorū reges, relictis exercitu, peditibus, sagittarijs, & equitibus, militibus, et tribunis ad Helisei preces cōfugere, famulū dei multis millibus utiliolem putātes. Hoc ipsum et Ezechias fecit, flagrante bello barbarico, & ciuitate de fundamentis suis periclitante, & ciuibus in muro trepidantibus, timētibus, & quasi in expectatione fulminis, et terrę motus, qui omnia cōmouet, attonitis. Nā Isaiæ preces, multis Persarum millibus rex opposuit, specq; sua frustratus non est. Nam mox ut propheta manus in caelos tulit, deus Persico bello cœlestibus telis finē imposuit. Quo facto, erudiunt reges, ut famulos dei, tanquā totius terræ saluatoles habeant, & si ad bona opera erudiunt, & admonent, a iustis reuerent cōsilia, & bonis obediant admonitiōibus. Aliūde etiā utriusq; uarietas attēdi potest. Nam

Restitutiōe  
in pristinum  
statum

si & illum & istum occūbere, & unū regno, alterum uirtute priuari contingat. Monachus quidem, si sapit, breui precibus, & lachrymis, & luctu, & ministerio, quod pauperibus impenditur peccata absterget, & facile ad pristinū recurret principatum. Vbi autem regno exciderit rex, multis copijs militaribus opus habet, multis armis et equitibus, et equis & pecunijs.

b ij Rex



COMPARATIO REGIS ET MONACHI.

**Morte** Rex omnino in alijs spem suæ salutis habet. Monachus autem, mox ut uolet, & sententiam mutauerit, salutem consequitur. Regnum enim, inquit, cœlorū intra uos est. Præterea mors regi terribilis est, philosophanti autem minime amara. Nam qui contemnit diuitias & uoluptatem, & inanem gloriam, quorum gratia multi uiuere desyderant, necesse est ut & migrationem ex hac uita æquanimiter ferat. Quod si utrunque occidi cōtingat. Iste pro pietate pericula amplexatur, immortalem uitam, & cœlos morte mercaturus, regem uero occidet uel tyrannus, uel alius eius principatum ambiens. Iam post mortem regis, quam miserabile funus, quum suaue & salutare sit spectaculum, uidere monachum pro pietate occisum. Monachus item gaudet, si multos habeat discipulos, et imitatores suorum bonorum, & orat, ut similes ei fiant alijs. Rex uero multis sermonibus precatur, ne quis cōpareat, regni sui cupidus. Monachum item nullus aggredi audet, timens ne deum offendat. Regem uero nonnuncq̃ multi homicidæ tyrannidem eius ambientes, simul inuadunt, & propterea ipse quidē militibus custoditur, & semper in timore & cædis expectatione uiuit. Monachus uero nullum timens, etiam ciuitates precibus suis tutatur. Regi abundantia periculosa est, monacho ubiq̃ salua securitas. De præsentis uitæ statu, satis hic dictū. Reliquū, ut & futurum agonē scrutemur qualis utriq̃ futurum. Tunc enim monachum uidebimus conspicuum & fulgidum, &  
in nu

Sepultura

Successorū  
amore.

Metu



DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

in nubibus rapī in occursum domini in aerem, utpo-  
te ducem, & institutorem salutaris huius uitæ, ac om-  
nis uirtutis. Regē uero (licet iuste & benigne prin-  
cipatum suum administrauerit, id quod perquam rarum  
) in minore fore gloria & honore. Non em̄ pa-  
res sunt, nec conferendi, rex iustus, & monachus in  
summo dei cultu uiuens. Quod si malus est rex, et ter-  
ram malis multis implet, quis dicere poterit, in quas  
calamitates incasurus uidebitur, dum igni uretur, flag-  
gellabitur, & talia patietur, quæ neq; sermone dicibi-  
lia, neq; tolerabilia. Hæc omnia perpendenda sunt, et  
discenda, ne forte admiremur diuites. Nam et rex, in-  
ter diuites dominus, ad monachi, ut descripsimus, uir-  
tutem accedere potest. Igitur si uideris diuitem uesti-  
tu cultum, auro ornatum, uehiculo sublimem, cui egre-  
diēti ornantur uia, ne beatum ideo dicas. Tempora-  
les enim diuitiæ sunt, & quæ tātum uidentur esse bo-  
næ, & cum uita hac intereunt. At si monachum solū  
uides incedere, humilem, mansuetum, lenem, quie-  
tum, ac placidum, eum uirum imitare. Imitator sapi-  
entiæ illius esto. Ora ut quam propius uita ad illum  
iustum accedas. Petite enim, ait, & dabitur uo-  
bis. Nam hæc uere bona, & salutaria, &  
stabilia sunt. Quæ nobis obtinere  
liceat, misericordia & gratia  
Christi, cui sit gloria & im-  
perium, in secula secu-  
lorum, Amen.  
FINIS.




EXCVSVM AVGVSTAE IN AEDIBVS  
SIMPERTI RVF. ANNO  
M. D. XXIII. MENSE  
NOVEMBRI.

FINIS













sac. serm.

Carmen supra Vexillum Illustrissimi Maximilianus  
Archiducis Austriae Electi Regis Bohemorum  
anno 1557.

Ne Virtus amor, chariq' iniuria Patris  
Ne Decus, Austriacum, ne publica comoda verum  
Fec' iubeat, stimulant magnorum exempla parentum  
Ibimus aut mortem, aut regnum aequum, in armis

Uny. VI 53

ULB Halle 3  
002 053 330  



f.  
87











*H e) 2*

# COMPARA

TIO REGIS ET MONA

chi, authore ditto Io. Chryso  
stomo, nuper a Ioan-  
ne Oecolampa  
dio uersa.

